

3
Carmina ex diuersis auctoribus ab Antonio nebriffensi
in calendarii ratione collecta. ad Andream riolazedū burgis
rei litterariæ publicū professorem.

Ad eundem.

Andrea quo non mihi charior alter amicus

Est uel amicitiae iure uel hospitii:

Accipe discipulis quæ tradas dogmata nostris:

Siue tuos maui dicere: siue meos.

His modo quos cernes inuituros sacra, profanis

Ingratum fuerit talibus institui.

Cumq; sacerdotū sit muneris ista referre

In uulgus: turpe est talia scire parum.

Carmina ridebis malenata, quid attinet ad rem

De qua nunc agitur: sint bona: sint ue mala?

Percipient alios fructus: quā fronte uidentur.

Dum modo re profint: carmina displiceant.

Ne tamen in tenui dono sit epistola longa:

Atq; operi paruo sit, onerosa; uale,

Septem planetæ.

Hi sunt erronei saturnus: iuppiter: & mars:

Sol, uenus, & stilbon & cynthia proxima terris.

Duodecim signa zodiaci.

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, uirgo,

Libraq; scorpius, arciteniens, caper, urnula, pisces.

Solis motus in zodiaco.

Hæc duodena regit mundi sol aureus astra:

Per totidē menses peragrando cōficit annū.

Solstitia & æquinoctia.

Hæc duo solstitium faciunt, cancer, capricornus.

Sed noctes æquant aries & libra diebus.

Solstitium undecimo christū præit atq; iohannem.

Per totidem luces præit & nox æqua diei.

Planetarū domus in signis.